

ha portati li 400 milia scudi per la prima paga del capitolato. Et a vostra signoria sempre mi aricomando.

Da Neapoli, a li 23 ottobre 1529.

*Uti filius Ponii
vicecancellarius.*

176

Clarissime domine etc.

Quemadmodum scripsimus proximis diebus Vestrae R. Maiestati quia nos certissime obsidemur et delinemur per Turchum, perinde eius diei quod datae erant eadem litterae nostrae supplicantes ut Vestra R. Maiestas dignaretur considerare istam nostri obsidionem et praesertim si Turchus, quod Deus provideat, expugnaverit civitatem Vienam, et quod copiae, quae nunc sunt in illa, et nos recipere-mus et sufferemus damnum, et si perdant machinae bombardicae ad quantam iacturam et perniciem irrecoverabilem et inexpressibilem id redundaret non solum Vestrae R. Maiestati terrisque et subditis sed etiam toti christianitati, et attento quod ipsa civitas non est munita pro existentia necessitatis aut quod ipsa tam celeriter muniri non potest simul ultra unum mensem, ipsi non est provisum de comeatu, ut proinde dignaret Vestra R. Maiestas nobis utpote fidelibus, qui mihi decreverunt linquere sua corpora et vitam, adiutorio sucursu et comeatu non deesse, prout eadem nostrae litterae latius continebant. Insuper exponimus Vestrae R. Maiestati quod turcus est castrametatus et se exhibuit conspectibus eodem die cum aliquot copiis, et post se ap-proinquaverunt hodie versus civitatem vere copiae, quod erupit per portam Baluensem ad regionem Sancti Marci pars aliquota eorum equitum qui in praesentiarum sunt in civitate eos adoriendi atque cum eis praeliandi, sicuti et fecerunt, atque aliquod ex ipsis turcis interfecerunt, unde et similiter ex christianis aliquot a turcis, sed tamen non plures quasi occisi sunt.

Praeterea certum facimus Vestrae R. Maiestati quod nos sumus ad verum edocti et quod vidimus, quod Turchus una cum pluribus suis magnis copiis hoc die circiter vesperam omnino se ap-proinquaverunt ante hanc civitatem adde, quod aliud expectari non potest nisi quod cum sua potentia eras ante tam erit iuxta. Hoc vere rescribimus quod absque dubio veniet ante hanc ipsam civitatem, et illam obsidebit cum suis nassariis et triremibus una cum magnis machinis bombardicis et etiam machinis ductillibus, cum exercitibus et castris, quibus usque

eo loci pervenerit ut iam sit in ore, et ut supra dictum est, cum omni sua potentia et artillaria.

Et quoniam Vestra R. Maiestas a nobis ante intellexit id quod est in praesentiarum Maiestati Vestrae repetimus quantum importat Maiestati Vestrae ipsa civitas et copiae quae sunt in illa atque etiam machinae bombardicae, et si eam prenda et nos recipiamus damnum, quanta et irrecoverabilis iactura hinc sequitur Vestrae R. Maiestati illiusque terris et subditis ac christianitati toti; et attento, prout scit absque dubio Vestra R. Maiestas, quod civitas in suo corpore absque suburbiis in nihilo est munita, quod habet nullum locum commodum stationibus neque etiam locum in quo ad resistendum possint poni machinae bombardicae, praeter quam quae loca nos maxima celeritate ordinare poterimus; et quod illi non est provisum de comeatu supra unum mensem simulque quod posthac nihil hinc poterit exire neque huc intro ingredi; et quod Turchus habet copias et exercitus numerositate et potentia inexpressibiles, magnas et parvas machinas artelariae, et quod est etiam valde potens super aqua; ideoque suppliciter oramus et adhortamur denuo Vestram R. Maiestatem quam instantissime et humillime possumus attento quod nos sicut fideles servitores et subditi terrarum Vestra R. Maiestas non velit nos derelinquere auxilio, succursu et comeatu, et non nos velit relinquere in necessitate, sicut omnino collocavimus humilem nostram spem et consolationem in Vestra R. Maiestate cui etiam volumus hanc nostram necessitatem atque periculum clementer consideranda remisisse. Et si Vestra R. Maiestas aliquod subsidium et succursum mittet, prout nos omnino confidimus, videtur nobis quod illi de Moravia vel Bohemia debent locari ad Crenis vel Convergub, ut hinc possint melius praeperere ipsas nassares et recuperare partem, prout id Vestra R. Maiestas pro sua magna prudentia et dispositione bene ordinare sciet.

Ceterum exponimus Vestrae Maiestati, si ipsa forte cogitaret aut opinaret tueri et defendere ipsam integram civitatem, quod nos super hoc saepius communicavimus, consultavimus et disputavimus, et quod pro nostris iudiciis comperire non potuimus. ut suburbia defendi possint, quare etiam nos ex magna necessitate suburbia linquimus decrevimus, quod quandoquidem non habemus satis gentium ad suburbia defendenda, prout scit Vestra Maiestas, quod eras mane incipiemus incendere et cremare unum ex suburbiis, et incendiando atque cremando aliud post aliud continuare etiam putamus nos fac-

177